







F. 5. num. 17.

DISSERTATIO INAUGVRALIS <sup>14</sup>  
IVRIDICA  
DE

<sup>1706 2</sup>  
IURE  
REPRÆSENTATIONIS  
COLLATERALIVM  
IN FEVDO,

QVAM  
AVTORITATE  
MAGNIFICI



CTORVM ORDINIS,

IN  
ILLVSTRI ACADEMIA ALTDORFINA

PRO LICENTIA,  
SVMMOS IN VTROQVE IURE  
HONORES OBTINENDI,

AD DIEM IV. MART. ANNI MDCCVI.  
PLACIDO ERVDITORVM EXAMINI  
SVBMITTIT

JOHANNES JACOBVS BOSE,  
LIPSIENSIS.

Literis HENRICI MEYERI, Vniuersitatis Typographi.

<sup>1060.</sup>  
G. H. L. G. Müller

P. 334

11.

4.





VIRO  
PRÆNOBILISSIMO, AMPLISSIMO, CON-  
SVLTISSIMO ATQVE EXCELLENTISSIMO  
DOMINO  
DN. HENRICO BORNIO,  
ICTO  
PER ORBEM CELEBERRIMO,  
COLLEGIORVM, QVÆ LIPSIAE FLORENT  
REGIÆ ELECTORALIS  
AC DVCAL. SAX. SVPR. CVR.  
PROVINC. ET SCABINATVS  
ASSESSORI GRAVISSIMO,  
VRBIS PATRIÆ PRO-CONSVLI IMMOR-  
TALITER MERITO,  
PATRONO ET PROMOTORI SVO  
ÆTATEM VSQVE SVBMISSE DEVENE-  
RANDO,  
HOC INAVGVRALE SPECIMEN  
CONSECRATVM VOLVIT  
DEVOTISSIMVS ILLIVS CVLTOR  
JOHANNES JACOBVS BOSE.





PROOEMIUM.



**F**ictionem idem operari ac veritatem argu-  
 mento est. l. i. ff. de Adoption. & Emanc.  
 Unde quamvis hæc magis oculata fide, quam  
 per aures hominum infigatur juxta §. ult.  
 l. de grad. cogn. illa tamen autoritate  
 Juris, cum pro falso verum assumat, arg. l. 15.  
 ff. de usurpat. & usucap. potestatem Legis nacta est, & equi-  
 tatem in Jure maxime tenendam accuratè observat. Ex quo  
 factum est, ut Legislatores naturalem illam æquitatem Jure  
 sc. Naturæ omnibus commendandam Jctos etiam sequi, & in  
 omnibus rebus præcipuam habere justitiæ æquitatissq., quam  
 stricti Juris rationem jusserint, non tamen huic omnis omnino  
 deest æquitas, cum tali casu ratio naturalis, quæ Lex  
 quædam tacita est, l. 7. ff. de bon. damnat. magis ple-  
 rumque æquum judicet, ut privata publica cedat utili-  
 tati. Neq. ignotum esse potest, Jura nostra datis Actionibus  
 directis, ob utilitatem etiam fictionis auxilio competentem ali-  
 quando utiles concedere. Imò si Doctorum Interpretationes  
 & Divisiones fictionum allegare nobis animus esset, longa &  
 proluxa earum series adducenda, simulq. disquirendum fo-  
 ret, an novi aliquid fictio inducat nec ne? & quidem vel  
 affirmata-




*affirmatiuè vel negatiuè. Verum cum integri de Jure Fictionum extent Tractatus, ad eos meritò Lectorem remittimus. Illud solum nobis hic attigisse sufficiat, fisiones effectu Juris tum agendi, tum excipiendi, cum ipsis ordinariis actionibus & exceptionibus prorsus conuenire. Conf. Carpz. P. 1. C. 14. D. 19. num. 9. 10. Unde ad inducendam moram eq; ficta ac vera interpellatio sufficit ex l. 12. Cod. de contr. & committ. stipulat. eodemq; modo non minus operatur ficta quam vera traditio. arg. l. 11. 15. ff. de reb. cred. §. 44. 45. Inst. de Divis. Rer. Et ut genera fisionum in Legibus nominata taceam, L. scil. Cornelia & Postliminii, §. 5. Inst. quib. mod. Pat. pot. sol. j. §. 1. quib. non est perm. test. fac. l. 10. 11. ff. de capt. & postlim. rev. & l. 5. §. 1. l. 12. 19. ff. eod. multæ fisiones occurrunt innominatæ. Ita enim retrotractionem fingit Sctum Macedonianum in contractu filii familias, quem Pater postea ratum habuit in l. f. Cod. ad Sct. Macedon. Sic Pupilli debitor Tutor esse fingitur, si pecunias pupillares justo tempore non elocauerit, hinc & usurarum solvere tenetur. l. 15. ff. de admin. & peric. tut. j. l. 9. §. 3. ff. & l. 7. §. 12. ff. eod. Præterea & in traditione Symbolica, nec non per breuem manum mutue traditiones interuenisse censentur, §. 43. Inst. de Rer. Div. l. 3. §. 12. ff. de donat. inter vir. & uxor. Struv. S. J. C. Exercit. 16. §. 11. Deniq; fictio Juris in liberis legitimatis deprehenditur, qui ex naturalibus & spuris sunt legitimi, subsecutosq; matrimonio, nec non Rescripto Principis, vel Comitum Palatini, cui in specie illa Potestas concessa, justis natalibus resituantur, & legitimis per omnia equiparantur. Nov. 89. cap. 8. 9. 11. it. c. 2. pr. & §. 1. nisi dispositio Juris illis expresse obstet, quod in successione feudorum in 2. F. 26. c. naturales. vel maxime deprehenditur, ubi ex veriore Interpretum opinione quocunq; modo legitimati, nec soli, nec cum aliis ad successionem Feudi admittuntur, teste Dn. Bitschio in*

Com-



Comment. Feud. ad d. c. p. m. 413. seqq. *Præterea & in cognationum gradibus fictiones inveniuntur, ita ut re ipsa gradu remotiores à proximioribus haud excludantur, quod quidem in descendens dubio caret. Cum enim omnes liberorum nomine veniant l. 220. ff. de V. S. Viuisq; Parentibus jamdum rerum paternarum domini sint, l. 11. ff. de lib. & posth. hæred. instit. non immerito quoq; ascendens jure liberorum in infinitum succedunt. arg. l. 15. pr. ff. de inoff. testam. Si quidem hoc ordine gradum queri noluit Imperator in Nov. 118. c. 1. ut ut ratione modi, jure Repræsentationis, atq; sic fictione juris Parentum personas referendo in stirpes solum admittantur. §. 6. l. de Hær. quæ ab intest. At in linea collateralis jure cit. Nov. c. 3. ultra fratrum Germanorum liberos repræsentatio haud extenditur. Jure autem Saxonico in illis penitus cessat. LandR. l. 1. a. 13. & P. 3. Const. Elect. Sax. 18. quamvis nihilominus ex alio fundamento paritatis scilicet gradus Germanorum liberi cum fratribus unilateribus, non quidem jure Repræsentationis in stirpes, verum proprio in capita, jure Saxonico vocentur. d. Const. Elect. 18. verb. Wenn aber ibiq; Carpz. def. 10. Num vero jure Feudali etiam & quousq; in successione Agnatorum in Feudis jus Repræsentationis obtineat, inter Interpretes controvertitur teste Dn. Struv. S. J. F. c. 9. aphor. 6. num. 4. & aphor. 7. n. 7. Quamvis autem hæc quæstio, pro mea quidem sententia satis intricata sit, quotidiana tamen, & perquam utilis est, unde præ aliis plenius attingenda & disquirenda monitu Jcti in l. 25. pr. ff. de lib. leg. visa fuit. Utar autem consueta methodo, ut præmissa juris Repræsentationis Definitione Nominali & Reali, de Subjeto, Objeto, Forma, Fine, Effectu, Affinibus & Contrariis sim acturus. Exit DEUS feliciter!*





CAPVT I.

*De Definitione Nominali & Reali.*



Rius igitur quam ad Rei ipsius interpretationem progrediamur, è re est pauca de significatione ipsius tituli exemplo Ulpiani *in l. 1. pr. ff. de Reb. cred.* referre. Rubrum autem hujus Dissertationis quadrimembre est, in eoque primo loco Juris vocabulum occurrit, quod nihil aliud est, quam facultas hominibus competens, cujus auxilio illud, quod sibi ex concessione legum aut consuetudinis competit, prosequuntur. Huic succedit Repræsentatio, quæ à Re, & Præsentare composita est, idemque interdum significat, ac diem solutioni destinatum adhuc futurum anticipando, & citius solvendo quasi præsentem reddere, Germanis autem dicitur *vor der Verfall-Zeit zahlen. a. §. 14. Inst. de Legat. L. 1. Cod. de Cond. ex Lege.* Hic verò nihil aliud est, quam eum, qui in vivis amplius non est, fisione quadam, quasi re ipsa adhuc vivum & præsentem sistere & referre. Unde & *Vultej. in Jurispr. Rom. lib. 1. cap. 74.* successionem legitimam dividit in Personalem & Repræsentalem. Tertio Collaterales sequuntur, à Con- seu Cum, & latere: sic appellati, quia quasi nobiscum à latere conjuncti, vel ex eodem quasi latere orti sunt, *Seitwärtige Bluts-Freunde.* Et sunt vel à latere paterno, vel materno conjuncti, quorum illi Agnati, Jure Saxonico *Schwerdmagen/* ab armis tractandis; hi Cognati *Spiesmagen von der Spindel/* h. e. à filo ducendo appellantur. Sicuti autem in feudis propriis soli Agnati succedunt, ita nec regulariter hic



hic collateralium nomine cognati venient. Non tamen Collaterales in universum omnes, sed ad certum duntaxat gradum, ut ex subiecto apparebit, hoc loco intelliguntur. Denique agmen illius claudit Feudum, a fide seu fidelitate 2. F. 3. c. nulla autem. vel ab antiqua voce Germ. *Sehde* / quæ bellum & hostilitatem significat, quo & illud ex cantico pertinet alle *Sehde* / h. e. omnis inimicitia, hat nun ein *Ende* / ita dictum. conf. Struv. S. 7. F. Aphor. 1. n. 5. Estque Dominium utile Rei immobilis Vafallo sub lege fidelitatis concessum, vid. Stryck. Exam. Jur. Feud. c. 2. qu. 11. Definiri igitur sic poterit Jus nostrum Repræsentationis Collateralium: quod sit beneficium Juris, quo liberi collateralium, gradum & locum defunctorum Parentum suorum obtinent, ne à proximioribus v. g. Patruis, à successione in feudo Collateralis demortui excludantur.

## CAPVT II.

### De Subiecto.

#### §. I.

Personæ, quibus jus Repræsentationis hoc competit, collaterales sunt. Verum cum inter Doctores nondum expeditum sit, quod collaterales in feudis succedant, frustra de modo succedendi seu Repræsentationis jure pluribus agetur, priusquam præjudicialis quæstio, an succedant in feudis? sit decisa. Vultejus sane in *Tractatu de Feudis* l. 1. c. 9. num. 102. Giphanius *Tr. de Feudis* c. 12. n. 48. & alii id negant, quia primus acquirens sibi tantum & suis descendentibus a. 2. F. 18. non etiam fratribus, multo minus collateralibus aliis feudum acquirit; hinc Frater Fratri non nisi ex pacto succedit



cedit in feudo. 1. F. 14. 2. F. 15. Et quamvis Dn. Ludwell. in *Synopf. Jur. Feud. c. 10. p. m. 217.* & cum eo Dn. Stryck. in *exam. J. F. c. 16. qu. 7.* illos refutent, & quidem ex eo, quod agnationis & proximitatis cum ultimo defuncto, non cum primo acquirente potissimum hic habenda esset ratio. Istæ tamen responsiones nodum non dissolvunt, quia Agnati ultimi defuncti, v. g. fratres Patruales, &c. non qua tales, sed qua primi acquirentis descendentes in feudo antiquo succedunt, alias enim & in feudo defuncti novo, jure Agnationis & Proximitatis etiam citra pactum succedere possent, quod tamen Juri Feudorum è diametro contrarium. 2. F. 11. & 15. Ut proinde accuratius loquendo, collaterales proprie, h. e. respectu primi acquirentis, sic dicti utique in feudis plane non succedant; Ultimi autem defuncti collaterales, sive Agnati, ab eodem primo acquirente descendentes, jure descendentium, seu liberorum potius, quam collateralium ad successionem feudi vocentur. teste etiam Dn. Ittero *c. 15. §. 2. p. 748.* Quia tamen nihilominus & hi posteriores revera ultimi defuncti collaterales sunt, & communiter ita appellantur, hoc in sensu hic quoque eos intellectos volumus; Non tamen consanguineos seu collaterales verum regulariter solum Agnatos. Loquor enim hic de feudo proprio, h. e. masculino, nec ex pacto in foeminas transitorio, quale omne in dubio præsumitur 2. F. 15. & 2. F. 34. §. *Similiter.* In Feudo verò foemineo, vel masculino etiam ex pacto in foeminas transitorio uti deficientibus masculis foeminae succedunt, 2. F. 17. ita dubium non est, quin & cognati suo tempore & ordine ad successionem admittantur, adeoque etiam jure Repræsentationis gaudere possunt. Non tamen cujuscunque promiscue gradus



gradus, & in infinitum collaterales isti Jure Repræsentationis fruuntur; verum ultra fratrum liberos id haud extenditur. a. *Nov. 118. c. 3.* Quamvis enim expresso textu Juris feudalis Longobardici id nullibi ita diserte definitum reperiatur, quia tamen jure civili antiquo Jus Repræsentationis in linea collateralis plane non obtinuit *l. 3. Cod. de Legit. hered.* Justinianus verò in *d. Nov. 118. c. 3.* illud hac in parte correxit, nec jure Longobardico expresse aliud dispositum invenitur, Juri Novellarum merito erit inhærendum, a. 2. *F. 1. p. junct. l. 27. Cod. de Testam. l. 32. Cod. de Appellat.*

11.

Sub Collateralibus igitur *κατ' ἐξοχλήν* ita dictis in specie hic fratrum liberi & quidem primi gradus, non etiam Nepotes intelliguntur; quia in specie filiorum & filiarum tantum in *d. Nov. 118. c. 3.* fit mentio, nec correctoria jura, utpote singularia, ultra verba facile extenduntur. a. *l. 14. & 16. ff. de leg. Aliter verò filii, aliter nepotes appellantur a. §. fin. l. de Test. Tut.* Illud tamen non negandum, quod licet *d. Nov. 118. c. 3.* de Fratrum Germanorum tantum liberis loquatur, eosque cum defuncti germanis fratribus simul jure Repræsentationis in stirpes admittat, consanguineorum verò & uterinarum liberos non æque; Jure tamen Longobardico consanguineorum liberi cum consanguineis fratribus in stirpes quoque jure Repræsentationis vocentur in *2. F. 11. verb. his verò deficientibus vocantur primo fratres cum fratrum premortuorum filiis, deinde Agnati ulteriores.* Quia jure feudali sola Agnatio attenditur, neque frater defuncti Germanus fratrem consanguineum, (ut in allodialibus alias juxta *Nov. 118. c. 3.* fieri solet) excludit, sed cum eo simul in æqualem portionem admittitur, quod

B

iti.



itidem jure Elect. Sax. Feudali ita obtinet in *Part. 3. Const. El. 29.* ub. conf. *Carpz. def. 5.* Nec Patruo magno nepotes jure Repræsentationis succedere testatur *Dn. Carpz. l. c. def. 6.* multoque minus inter ultteriores Collaterales jus Repræsentationis in feudi successione locum habet. *l. c. def. 7.*

III.

Requiritur autem, ut Collaterales isti sint legitimi, hinc fratrum liberi naturales, etiamsi postea secuto matrimonio, vel rescripto Principis fiant legitimi, nec soli, nec cum aliis ad successionem feudi jure Repræsentationis admittentur *2. F. 26. cap. Naturales.* tamen si quoque Princeps iste legitimus simul Dominus feudi esset, quia fratri legitimo, ejusve liberis jus nativitate legitima quæsitum auferri nequit: adeo ut ne matri quidem in foeminino feudo succedant, cum dictus textus Juris feudalis indistincte & generaliter loquatur *arg. l. 8. ff. publ. in rem act.* illudque fit non in antiquo saltem, sed & in novo. Et quamvis expressam pro se & filiis, super noviter ab ea quæsito feudo factam investituram includere & legitimare spurios quoque existimet *Ludolph. Schrader. Consil. 12. n. 88. fol. m. 679.* si scilicet de ipsis sciverit Dominus investiens, nec eos exceperit: de hujus tamen asserti veritate non immerito quis dubitet, cum naturales, & multo magis spurii ipso jamjam jure exclusi sint in d. textu *2. F. 26.* adeoque non nisi expresse vocati ad successionem admittendi. Cæterum uti in foemineo feudo im *Weiber oder Künckel-Lehen* / quale proprie vocatur, cujus prima acquirens foemina fuit, ipso jure, etiam citra pactum expressum filiarum, earumque descendentes deficientibus masculis ad successionem admittuntur. *2. F. 11. 2. F. 30. conf. Hartm. Pist. Qu. feud. P. 2.*



P. 2. qu. 34. Text. in Pr. Judiciar. P. 2. c. 1. num. 75. Richter. Vol. 2. Consl. 86. n. 12. ita & sub fratrum appellatione fo- rores earumque liberi cum matertera concurrentes hic comprehenduntur arg. l. 93. §. 3. de legat. 3. l. 35. ff. de Paët l. 38. ff. famil. hercis. c.

IV.

Nihil autem interest, natus jamdum, an in ute- ro matris adhuc, casu mortis Patruī, aut Materteræ existente sit, imo sufficit, brevi spatio ante temporis conceptum esse, a. l. 7. & 26. de Stat. hom. l. 6. §. 2. ff. de inj. rupt. irrit. fact. testam. dummodo deinde vivus nascatur, & vel vocem emiserit, wenn es die vier Wände beschrien hat. vid. Lehn. l. 1. art. 20. & 33. aut ex motu membro- rum corporis, vel anhelitu aliisve signis vita apparue- rit, tametsi in manibus obstetricis decesserit. v. Carpz. P. 3. C. 17. def. 18. & 19. Præterea in l. 3. Cod. de Post. hered. instit. requiritur, ut vivus perfecte natus sit, quod triplici modo explicari potest, 1.) vel de maturitate temporis, ut sic loquar naturalis, h. e. ut justo & consueto tem- pore nono scilicet vel decimo mense natus sit, non au- tem quinto vel sexto, quia tales, etiamsi vivi in lucem ederentur, ex opinione nonnullorum Medicorum per rerum naturam vivere, seu superstites permanere non possent, atque sic pro abortivis potius habendi essent; quos sequitur Giphanius, & secundum hanc opinio- nem in Parlamento Tholosano pronunciatum refert in Comm. ad Cod. d. l. 3. p. m. 77. Ab illis verò dissentit Dn. Pe- rez. in Comm. ad Cod. tit. de Post. her. n. 15. p. m. 179. & quidem rectè, quia à Justiniano in d. l. 3. saltim requiritur in par- tu, ut vivus in hunc orbem devolutus sit, ad hoc ut pro hæ- rede habeatur, eique hæreditas acquisita censeatur, quod etiam ad abortum vivum mox decedentem cum



Sichardo extendit Brunnem. *ad d. l. 3. n. 8.* Vel 2.) de perfectione corporis, h. e. ut integris membris natus sit. Verum cum jure civili talis perfectio in hæredibus præcisè non requiratur, sed in allodio etiam cæcus, uno vel tribus pedibus aut brachiis, item sex vel pluribus digitis, una manu, natus, æque ac alii perfecti, succedat, dummodo cætera ad monstrum seu prodigium non declinet, sed formam hominis habeat, a. l. 14. ff. de Stat. hom. & l. 135. ff. de V. S. interpretatio hæc d. l. 3. vix admittenda. Secus autem se res habet in successione feudali, ibi enim talis corporum perfectio utique requiritur, nec cæcus, vel monocolus, uno brachio vel uno pede genitus, vel aliter imperfectus successioneis feudi capax est per textum expressum in 2. F. 36. Vel 3.) perfecte natus intelligi potest is, qui plene & totus in mundum editus est. At, qui integris quidem membris constans & sic perfecte natus est, priusquam vero uterum matris plene exierit, in ipso partu moritur, pro vivo nato haberi nequit, nec hæreditatem ad effectum transmittendi eam in heredes acquisivisse, prout interpretatur verba illa Carpz. P. 3. C. 17. def. 18. n. 7. & cum eo Brunnem. in *Comm. ad Cod. d. l. 3. n. 9.* Cæterum ratione temporis civilis nihil interest, nono an primo post contractas nuptias mense, aut etiam die, in hunc mundum prodiisse, sufficit enim in matrimonio illum natum esse, patremque habere legitimum, qualis est, quem præcedentes nuptiæ demonstrant, arg. l. 5. ff. de in jus voc. §. l. 6. ff. de his, qui sunt sui vel al. jur. quod jure Elect. Sax. minus dubii habet, siquidem & eo jure illi quoque, qui post sponsalia publica, mortuo ante copulam sacerdotalem Patre nascuntur, ad effectum succedendi Patri ejusque consanguineis pro justis & legitimis



vim habentur in *Decis. Elect. Sax. 49.* & cum jure feudali diversum nihil dispositum reperiatur, nil obstat, quo minus ad successionem & jus Repræsentationis in feudis illud quoque extendamus.

V.

Præterea illud hic notandum, quod liberi fratrum defuncti tum demum jure Repræsentationis gaudeant, si cum Thiis h. e. prædefunctorum Parentum suorum fratribus vel fororibus (pro qualitate feudi scilicet) concurrant, non autem si soli plurium defunctorum fratrum filii supersint, hi enim non jure Repræsentationis in stirpes, sed proprio in capita succedunt. *Rec. Imp. de An. 1539. §. Item als bißhero. 31. Rittershus. l. 1. Partit. Feud. c. 16. qu. 8. 9. & seq. ut & in expof. Nov. 7. cap. 18. in Feudis etiam imperii Regalibus teste Itero de Feud. Imp. c. 15. §. 10. quia, cum pares gradu sint, non opus habent repræsentatione, utpote quæ eum saltem in finem introducta est, ne fratrum liberi à fratribus defuncti, seu Thiis, ut gradu proximioribus à successione excludantur. 2. F. 11. conf. Herold. Tr. de Jur. Repræs. c. 4. membr. 2. §. 5 p. 197.*

VI.

Nec quicquam in Foro Saxonico Repræsentationi huic simultanea Investitura derogat. Nam etsi jure Saxonum non tam jure Agnationis, uti Longobardico, quam simultaneæ Investituræ, Krafft habender Mitsbehn-schaft und gesamer Hand succedatur, omnesque qui jus & spem succedendi aliquando in Feudo sibi conservare volunt, casu emergente & mutatione, vel in manu dominante, vel serviente, contingente, so oft der Fall geschiehet / entweder an Seiten des Lehn-Herrens / oder Besizers / renovationem illius à Domino petant, illa tamen simul-



tanea investitura , ordo & modus succedendi in *Const. Elect. 29. Part. 3.* præscriptus minime tollitur. Adeoque fratrum defuncti filios, utut gradu remotiores, à successione feudi neutiquam excludit, sed hi jure Repræsentationis cum eo simul admittuntur in stirpes, tametsi etiam in literis investituræ expressè contineatur, quod secundum graduum prærogativam, german. nach rechter Sippzahl succedere debeant : Quia clausula illa legaliter, atque sic salvo jure Repræsentationis singulari, de ulterioribus, post fratrum filios, collateralibus est intelligenda, per textum expressum in *d. Const. Elect. Sax. 29.* in verbis : Diweil aber in unsern Landen gewöhnlichen gehalten / daß Bruders Kinder mit dem Bruder in stirpem, und also an statt ihres verstorbenen Vatters von einem Theil zu dem Lehn zugelassen worden / so thun wir auch solche Gewohnheit hiez mit bestätigten / ordnen / setzen / und wollen / daß bemeldtes Jus Repræsentationis auf Sächsischen Boden unsrer Lande diffalls in der Lehn-Folge/ohneachtet / wenn auch die Clausul: nach rechter Sippzahl / im Lehn-Brieffe gesetzt worden / statt habe. Reliqui igitur collaterales non in stirpes, sed in capita pro graduum proximitate succedunt. Sin clausula illa non fuerit literis investituræ inserta, omnes simultaneè investiti cujuscunque demum gradus sint, remotiores pariter ac proximiores, vi simultaneæ investituræ una & simul ad successionem feudi admittuntur, quia hic non Agnatio & gradus, sed sola investitura attenditur, nicht die Stippchafft / sondern das Bedinge / & quidem nominatim, seu nominibus propriis in literis investituræ vocati in capita ; Collectivo autem nomine simul investiti, tantum in stirpes, teste *Carpzov. ad d. Const. 29. defn. 8. 12. & 13.*



CAPVT III.

De Objecto.

§. I.

**M**ateria hujus juris Repræsentationis nostræ, feuda, eorumque imprimis successiones sunt. Cum vero initio feuda non fuerint transitoria in hæredes, sed personalia tantum & precaria, adeoque ad arbitrium Domini revocabilia, postea annalia, deinde ad vitam Vasalli ususfructus instar, (prout etiam ita 2. F. 23. *in fin.* expresse vocatur 1. F. 1. §. 11.) concessa, qualia etiam olim in Saxonia fuerunt omnia, vid. Sächs. Lehn-R. c. 2. verb. *Sie erben aber nicht an ihre Kinder.* ibique glossa lit. e. & f. tum temporis nec Repræsentationi locum fuisse palam est. Postquam autem deinde 1. F. 1. §. 1. & 4. item 2. F. 30. & 31. in Filios, Nepotes, Patruelos, & tandem ad omnes descendentes masculos, atque sic etiam ad respective collaterales successio extensa, nec quoad Repræsentationem diversum quid statutum est, ex jure Romano ea obtinuit. Sicuti autem Feuda non unius generis, nec hodiernum omnia in hæredes transitoria sunt, ita neque in omni feudo Jus Repræsentationis poterit applicari. Sunt enim Feuda vel Propria sive Recta, vel Improperia; Illa sunt, quæ propriam Feudi naturam à Juris feudalis communibus regulis inditam, nullaque pactione restrictam habent Dn. Ludwell. *Syn. Jur. Feud. c. 3. p. 40.* Cum igitur de Naturalibus quoque feudorum priorum hodie sit, ut in descendentes in infinitum devolvantur, hinc sua sponte sequitur, quod in illis Jus Repræsentationis locum sibi vindicet. Improperia verò dicuntur, quæ aliqua sui parte à communi



muni feudorum natura deficiunt, vel ex ipsa Juris feudalis dispositione, vel ex pacto contrahentium. Ludw. c. 4. p. 63. Struv. S. J. E. c. 4. aph. 1. Cum igitur de Naturalibus Feudorum requisitis transmissio feudi in hæredes sit, hinc quoties vel lege, vel conventionem ea sublata non est, Jure quoque Repræsentationis in illis succedi potest. E contrario cum Feudum Cameræ, de Cavenna, Soldatæ, Gastaldia, Guardia, & similia pro arbitrio, & modo paciscentium constituta alia, mere personalia sint, frustra de usu Repræsentationis in illis quæreretur.

II.

Et quamvis nonnulli jus hoc Repræsentationis ad feuda hæreditaria, in quo jure hæreditario, sicque Repræsentationis etiam succederetur, restringere velint, in feudo autem ex pacto & Providentia id non admittant, quia tamen in utroque succeditur, & in feudo quoque ex pacto & providentia successores Feudales sunt, 2. F. 34. nec ratione modi succedendi peculiare quid à dispositione *Novellæ 118. & 127.* diversum Jura feudalia statuunt, non immerito quoque in utroque pari modo & jure, Repræsentationis casu existente, succeditur.

III.

Ex dictis sponte sua fluit, quod hic non de Novo, sed Antiquo Feudo sermo esse queat. Cum in hoc saltem, ut supra dictum, Collaterales ultimi defuncti succedant, in Novo verò non nisi ex pacto: Et tunc si pacto quis fratres suos in investituræ literas receperit, unus verò ex his relictis filiis decesserit, casu postea existente, præmortui fratris superstites filii, non quidem jure Repræsentationis, sed vi pacti ex jure Parentis

*ipsius*



*ipsius* quæsito , & in eos transmissio, simul cum patruo jure longobardico succedunt. arg. 1. F. 14. c. 2. & 1. F. 20. conf. Hartm. Pif. P. 2. qu. 23. n. 4. Dissentit Ludwell. in S. F. c. 10. p. 220. Jure verò Saxonico communi vi Juris simultaneæ investituræ, Electorali autem Repræsentationis jure , etiam non obstante clausula , nach rechter Sippzahl ob generalitatem d. Const. Elect. 29, cum Patruo haud dubie admittentur. Qua occasione quæsitum, an etiam in Expectativis Feudorum jus Repræsentationis obtineat ? quod affirmatur , non tantum si uni ea promissa, eoque mortuo pluribus existentibus diversorum graduum descendentibus apertura demum contingat ; verum etiam , si duobus pluribusve fratribus aut aliis ea concessa sit, iisque omnibus defunctis unus Nepotem , alter ex duobus filiis pronepotem & duos Abnepotes reliquisset, neuter alterum excludet, sed in stirpes succedent. Nam etsi ad se invicem collaterales sint , & ultra fratrum filios nec Nepotes vel Pronepotes, multoque minus Abnepotes jure Repræsentationis, sed jure proprio in capita succedant, tali tamen casu non tam ultimo defuncto collateralis Patruo magno , Propatruo , & respectivè Abpatruo, sed suis quisque ascendentibus, nimirum Nepos Avo suo, tanquam primogenito primi acquirentis filio, Pronepos v. g. & Abnepos, Proavo & respectivè Abavo suo, ceu secundo geniti primi acquirentis filio, sicque omnes ut descendentes , jure pro parte dimidia cuique Majorum in feudo quæsito, in stirpes per Repræsentationis beneficium fruuntur. conf. Herold. de J. Repræsent. c. 5. concl. 5. §. 2.

C

IV. Ne-



Neque in feudis non Regalibus solum hoc jus Repræsentationis locum obtinet, sed in feudis etiam Imperii Regalibus, iis scilicet in quibus jus Primogenituræ non receptum est, sed quæ divisioni sunt obnoxia, prout testatur Iterus *de Feud. Imp. c. 15. §. 9. p. 760.* Nam cum feuda Regalia Electoratum, Principatum, Ducatum &c. sint individua 2. *F. 55.* nec jure Repræsentationis in partes erunt scindenda. Verum cum in d. textu divisio quidem prohibeatur, non autem decidatur, cui ex pluribus descendantibus vel collateralibus debeantur, omnibus æquali successione jure communia manere, concludit Henr. Rosenth. *Traçt. de Feudis c. 9. concl. 56. num. 9. f. 132.* probabilius e contrariò existimat Casp. Bitsch. *in Comm. J. Feud. ad 2. F. 55. n. 5. p. 692.* ad Primogenitum aut natu majorem ea pertinere voluisse ibi Imperatorem Fridericum, ad conservandam eo magis potentiam & dignitatem familiarum, adeo ut primogenito mortuo, Nepos jure Repræsentationis excludat secundo genitum utut seniore. Stryck. *Ex. J. Feud. c. 15. qu. 29.* secus ac in Majoratu fieri solet Stryck. *c. l. qu. 32.* Rhet. *in Comm. Jur. Feud. tit. 8. p. 310.* sed cum multa Regalia feuda hodie usu & consuetudine Germaniæ sint dividua testante Gailio *l. 2. Obs. 153. n. 2.* Rosenth. *l. c. c. 9. concl. 56. n. 5.* Struv. *S. J. F. c. 9. aph. 5. n. 5.* in his quoque jus Repræsentationis exerceri poterit, quamvis Dn. Vinholt. Schütz. *in Jur. Publ. V. 1. Ex. 6. th. 27. lit. e. p. 430* divisionem illam saltim, quoad administrationem, non quoad Regalia & jura territorialia admittat, in verbis: *Notandum tamen hic, quod in Germania in dubio non ipsa Regalia (& Jura territorialia) majorum feudorum, sed potius administratio, fructus & commoditates, (quod commode fieri potest, si Ducatus*

contä-



contineat Praefecturas & Ditiones separatas, sonderliche Aemter und Herrschafften) quasi ex usu dividi censeantur, unde qui ita dividerunt, non solum de partibus, quas ipsi administrant, se nominant, sed de omnibus (quorum & possessio civilis, & dominium penes omnes manet) ac si nulla divisio facta esset. Atque hinc inferendum, quod hodiernum ratione administrationis perceptionisque fructuum & commoditatum in feudis quoque Regalibus, tam in linea recta, quam collateraliter jus Repraesentationis non omni effectu desituitur.

V.

De revocatione Feudorum alienatorum inter Doctores disceptari alias solet, quibus, quando, & quousque actio revocatoria competat? Fundamentum autem & causa efficiens Revocatoriae hujus est, vel Jus Retractus, vel jus successionis, à quibus differt jus Protimiseos, die Näher-Geltung / Vorkauff / Einstands-Recht. Jus Retractus est vis ac potestas licite h. e. Domino consentiente feudum alienatum, & in emtionem jamdum translatum à possessore, refuso pretio, intra annum utilem repetendi 2. F. 26. cap. Titius filius. Estque vel gentilitium, vel conventionale. Illud vocatur, quod jure sanguinis & familiae competit, veluti in bonis avitis, in alten Stamm-väterlichen Gütern / quale hic potissimum intelligitur. Hoc vero, quod vi pacti & conventionis seu contractus alicui competit, ein versprochen oder verschrübener Vorkauff / in eo tamen à Gentilitio differens, quod contra tertium possessorem, seu emtorem actionem non tribuat, sed vendicorem saltim ad interesse obliget, personalemque ob id contra eum actionem largiatur. Jure Successionis revocatur Feudum alienatum, si devoluro ad revocantem successio-



nis ordine à possessore, utili quasi hæreditatis petitione, seu jure successorio vindicet, nullo refuso pretio, & quidem ad instar alterius hæreditatis, à tempore delationis triginta annorum spatio, moribusque nostris Saxon. 30. annis, anno & die, 30. Jahr / Jahr und Tag / sive 31. Jahr 6. Wochen und 3. Tage. Carpz. P. 2. Const. 50. def. 5. Jus Protimiseos autem accurate loquendo est beneficium, venditionem traditione nondum completam impediendi, non autem consummatam rescindendi, in quo quidem à Retractu Gentilitio differt, sed cum conventionali convenit, teste Dn. Stryck. *Ex. Jur. Feud. c. 20. qu. 3.* & , ut brevibus multa completar; Retracturus Feudum alienatum deliberare potest Jure Protimiseos, utrum ante completam venditionem, h. e. ante traditionem, & judicialem confirmationem, ehe Käufer die Lehn empfängt / intervenire, idemque pretium iisdem conditionibus venditori offerre, ob er in Kauff treten will / & intra annum civilem, conf. *Decis. Elect. 11.* à tempore scientiæ retrahere ab Emtore Feudum, seu rescindi petere, oblato pretio venditionem velit, an denique expectare, usque dum ordo successio- nis ad eum deveniat, & gratis tunc illud recipere malit.

VI.

Quamvis autem filiis non minus ac Agnatis potestatem revocandi alienatum à Patre feudum tribuat Ludwell. *Tr. de Success. Feud. c. 5.* Berlich. *P. 2. conclus. 57. n. 85.* Carolus à Kirchberg, *de Feudo ex pacto & providentia c. 5. n. 67. seqq. p. 269.* Fachin. *lib. 7. contr. 18.* quia utrisque à majoribus jus quæsitum esset. Struv. è contrario *S. F. c. 13. aph. 22.* in revocatione ex jure retractus quidem, non verò Successionis id concedit *c. l. aph. 16.* quia Patri



Patri vel Avo succedens facta eorum ratihabere tene-  
retur. Sed quoniam filii utroque modo non nisi me-  
diante patre & beneficio ejus, feudi jura consequuntur,  
dum ipsi patri acceptum ferre tenentur, quod hic  
non delinquendo feudum amiserit, &c. imo cum filii  
honori patris hoc debeant, ut in allodio simul hæredes  
ei semper esse, ejusque proinde facta præstare tenean-  
tur, 2. F. 45. nullo modo contractum ipsius impugnare  
vel revocare poterunt, arg. 1. F. 8. §. 1. & 1. F. 18. c. Si ali-  
quis. it. 2. F. 9. 1. F. 14. junct. Ord. Torgav. t. Welcher Gestalt  
die Agnaten. conf. Struv. l. c. aph. 16. n. 6. Unde Dn. Stryck.  
in Ex. Jur. Feud. c. 20. qu. 10. distinguit inter Jus Retractus  
& Protimiseos, & illud quidem quia rescinderet vendi-  
tionem Paternam, filiis denegat, hoc verò concedit:  
hoc enim uti quoque filium posse, etiamsi Patris hæres  
esset, quia non impugnet alienationem Patris, sed  
tantum in extranei emptoris locum, oblato eodem pre-  
tium, se surrogari peteret. Verum cum filius semper  
Patrem repræsentet, & causam succedendi ab eo im-  
mediate habeat, non majus quam ipse Pater jus emto-  
ri, ex Patris contractu quæsitum intervertere & extor-  
quere poterit. arg. 2. F. 45. Ut proinde ex his colliga-  
tur, quod cum ipsi filii revocare alienata à Parentibus  
Feuda nequeant, nec jure Repræsentationis nepotes  
id facere possint.

VII.

At de Agnatis seu Collateralibus nullum est du-  
bium, quin Feudum antiquum sine illorum consensu,  
permissu licet Domini alienatum, revocare possint,  
cum non alienanti, sed primo acquirenti succedant, si-  
ve Feudum sit ex pacto & providentia, sive hæredita-  
rium, nisi in allodio hæredes alienatoris existant, arg.



l. 14. *Cod. de R. V.* quanquam Jure Saxónico simultaneè investitis etiam eo casu, quo hæredes allodiales sunt alienantis jus revocandi ex *Ord. Torg. de An. 1583. Tit. welcher Gestalt die Agnaten §.* Es soll auch competere propugnet. *Dn. Carpzov. P. 2. Const. 39. def. 3.* Struvius autem ita temperet, ut quatenus sunt Agnati hæredes alienatoris pretium restituant, vel etiam interessè præsent, in *S. J. F. c. 13. aph. 20 num. 2.* Num verò & fratrum filii jure Repræsentationis ad revocandum à Patruo alienatum feudum antiquum admittendi sint, controversitur. *Reinking. Tr. de Retract. Gentil. qu. 2. num. 66. seqq. & Richter. decis. 76. num. 28. Forsterus de Succession. lib. 4. c. 22. num. 15. id negant, quibus adstipulatur Dn. Stryck. de Success. ab intest. diss. 6. c. 3. n. 43. seq.* Verum etsi Jure Justiniano *Nov. 118. c. 3.* specialiter id quoad fratrum liberos in materia successionis introductum sit, non immerito tamen, cum Jure feudali diversum hac in parte nihil statuatur, ad Jus Novellarum recurrendum erit, arg. 2. *F. 1.* idque minus dubii habere potest, si Jure Successionis revocatio fiat. conf. *Disp. Dn. Rebhan. Prof. Argentor. de Jure Proximis in Feudo. Argentorat. Anno 1668. habita. §. 8. Herold. Tract. de Jur. Repræsent. cap. 5. conclus. 12. §. 7.*

VIII.

Huc denique pertinent quoque Salinæ Hallensès, die Pfannen / Thal / oder Salz-Güter und Kothze zu Halle / quas veram essentiam & naturam feudorum habere, fideoque à Vasallo Salinario, vulgò Guts-Herren deberi, nec ut feuda masculina als rechste Mann-Lehn in fæminas transitoria esse, adeoque in iis, ut in bonis feudalibus aliis jus etiam Repræsentationis obtinere, & fratrum filios cum fratre defuncti æqualiter in stirpes jure Repræsentata-



sentationis admitti testatur Herold. *d. Tract. c. 5. conclus. 4. s. 5. n. 28. & 55. qui & l. c. f. 7. n. 65.* Attestatum Senatus Hallensis refert, ex quo sequentia verba huc faciunt: *Wodurch unsers Wissens ein jeder unter ihnen an alle und jede in Wachse i. e. cerea tabula feudali l. c. f. 7. n. 65. p. 243. f. 9. num. 75. & 76. p. 246.* auf ihre Familie stehenden Pfannen ein solch Recht erlanget / daß wann einer ex familia stirbet / und keine descendentes, sondern weitere collaterales, als Brüder und Bruders Kinder / welche allein das jus Repræsentationis vor sich anziehen / verlässet dieselben regulariter, wenn nicht widrige pacta vel consuetudines familiarum vorhanden / nach gemeinen Successions Rechte / juxta prærogativam graduum & successorium Edictum succediren / und die verlassenen Pfannen / nach der Personen Anzahl / unter sich theilen / jedoch / daß im Fall der primus acquirens nicht allen gemein / diejenige so auch in linea, quæ est proxima, proximior gradu ist / denen remotioribus vorgezogen wird. Cæteri verò collaterales, impares licet gradu, perinde ut in feudis aliis, vi simultanæ investituræ, in salinis etiam admittuntur, etsi nominibus propriis Tabulæ feudali in die wächsene Lehn-Tafel inscripti sint in capita; collectivo autem nomine expressi in stirpes saltim succedant, nisi clausula prærogativam graduum indigitans nach rechter Sippsahl eidem sit inserta. Herold. *l. c. f. 4. n. 46. & 48. p. 231.* Pertinet huc sententia Scabinorum Hallens. ab eodem *d. l. n. 47.* relata verb. Ist Hans Beterss seel. Sohn Wolff Beter ohne Leibes-Erben verstorben / und eiff seiner Agnaten hinter sich verlassen: Ob nun gleich berührte Agnaten in unterschiedenen Graden ihme verwandt / dennoch aber / woserne sie eurem Berichte nach gemeindte Lehn-Güter zugleich in gesamte Hand genommen / und dieselbe erhalten / so hat dero verstorbener Beter solche Lehn- und Thal-Güter auf gedachte seine hinterlassene



sene Agnaten nach Sächsischen Land-üblichen Lehn-Recht / ci-  
tra gradus prærogativam in capita zugleich verfället. *Quin*  
& *Agnatos Salinas* citra eorum consensum alienatas,  
mortuo alienatore, ejusque descendentibus ab emto-  
re revocare posse præjudicio idem Herold. *c. l. §. 3.*  
*n. 42. p. 230.* in fine confirmat.

## CAPVT IV.

### *De Forma.*

**F**orma hujus Juris Repræsentationis in effectibus  
potissimum se exhibet, & consistit in eo, ut vicem  
& locum parentum suscipiant, unamque quasi cum il-  
lis personam constituent. arg. *l. f. Cod. de impuber. & alior.*  
*substit. §. 4. l. de inutil. stipulat.* atque sic in stirpes succed-  
ant, prout ex effectibus infra pluribus apparebit.

## CAPVT V.

### *De Fine.*

**F**inis est, ne Fratrum filii à Thiis seu Patruis, utpo-  
te gradu proximioribus, a successione Feudi exclu-  
dantur, sed cum illis simul admittantur. Media au-  
tem, quibus finem hunc consequuntur, sunt vel pos-  
sessoria Acquirendæ, Retinendæ, aut Recuperandæ  
Possessionis, arg. *l. 24. ff. de R. V. vel Petitoria, utilis Hæ-*  
*reditatis petitio, aut Rei vindicatio, arg. l. 9. ff. de hæred.*  
*petit. l. 7. 16. 26. & 43. ff. fam. hercisunda.*

## CAPVT VI.



✻ 25. ✻

CAP. VI.

De Effectibus.

§. I.

**E**ffectus Juris Repræsentationis sunt vel Lucrativi, vel Onerosi. Illi se exerunt (1.) in admissione remotiorum, defuncti fratrum, filiorum, in Feudo masculino, vel fororum in fæminino cum Patruo gradu proximiore, (2.) in consecutione omnis juris, quod Pater defunctus habiturus fuisset, si adhuc in vivis esset, dummodo sit transmissibile, non verò personale, quod cum persona ipsius extinctum est. *l. 196. ff. de R. J.* Proinde hic excluditur jus Majoratus seu Senioratus, quod ex ætatis propriæ annorum numero magis, quam ex persona defuncti competit. *conf. cap. 2.* Jus autem, quod repræsentantes consequuntur, Reale quodammodo est, & rem seu portionem feudalem respicit, tam principalem, quam accessoriam, hoc est, feudi ipsius, & fructuum adhuc pendentium, quia hi pars fundi sunt, *l. 44. ff. R. V.* quod posterius tamen Jure feudali Longobardico in *2. F. 28. c. his consequenter.* ad tempus saltem ante Martium restringitur, post Calendas Martias verò usque ad Augustum defuncto Vasallo, allodialibus istius hæredibus, fructus pendentes tribuit. At Jure Elect. Saxon. in *P. 3. C. El. 32.* Naturales, quæ sola natura operante producuntur, veluti arborum fructus, gremen & similes successoribus assignantur, verb. *Die Früchte / so naturales genennt werden / als Wiefewachs / allerley Obst / und dergleichen / bleiben denen Lebens-Folgern / und Grund-Herrn / und nicht denen Land-Erben.* Quoad industriales verò, qui non nisi prævia opera & industria humana proveniunt,

D

quales



quales agrorum sunt, distinguitur, an ager seminatus sit, & rastro subactus, an vero non: illo casu, quia vel omnis labor jamdum agriculturæ peractus est, in præmium quasi laboris fructus nascituri hæredibus allodialibus cedunt. verb. *d. Const.* nach Sächsischen Lehn-Rechten aber / was die Egde bestrichen hat / und unterbracht ist bey Leben des Verstorbenen / solches / weil es des Verstorbenen erworben Gut / auch bey seinen Leben beschickt worden / folget / und bleibet denen Lehns-Folgern. Et in hortorum fructibus, si vivente Vasallo hortus fossus, seminatus & subactus sit, fructus hæredum allodialium erunt, sin tale quid nondum factum, ad successores feudales pertinent. verb. Also auch da ein Garten bey des Verstorbenen Leben gerodet / gesäet / gehacket / folgen die Garten-Früchte denen Erben. At civiles fructus, qui non ex ipso fundo feudali nascuntur, sed ab extra occasione saltim illius adquiruntur, e. g. annui redditus, puta decimæ, census, & similes, quorum præstationis dies, nec vivo Vasallo, nec eo mortuo intra trigesimum venit, Zehend / Zinsen / oder Korn-Pächte / so zur Zeit des verstorbenen Lehnmanns nicht betaget gewesen / noch innerhalb den dreyßigsten sällig / Successoribus feudalibus manent.

II.

Ad Lucrativos etiam effectus, quam maximè referendum, quod cum, in feudo antiquo Agnati non ultimo defuncto, sed primo acquirenti, adeoque ex illius pacto, & providentia legis succedant, liberam feudi portionem suam consequantur, nec in allodio hæredes esse, & defuncti æs alienum exsolvere teneantur, arg. 2. *F. 45.* quin revocare alienatum feudum, Jure retractus intra annum Civilem refuso pretio, aut successione intra 30. annos. & Jure Saxonico anno & die  
 sine:



sine refusione pretii, vel ante traditionem offerendo idem venditori pretium, pro rata redimere possit, quod regulariter quidem cessat, si defuncto succedere etiam in allodio velint, quia tunc ut hæredes defunctum repræsentantes; nec factò ejus scil. alienationis contravenire valent, quin potius & æs illius alienum exsolvere tenentur. v. cap. 3. §. 6.

III.

Huc & Jus accrescendi pertinet, si Patruus repudiet successionem feudi, tunc enim pars vacans fratrum filiis jure Repræsentationis suam portionem agnoscantibus accrescit. Herold. *Tr. de Jur. Repræsentat. cap. 6. concl. 1. §. 3. p. 362.*

IV.

Ad onerosos effectus verò pertinet, quod non in commodis tantum & favorabilibus, sed & in odiosis & incommodis Parentes repræsentare cogantur. Atque hinc dicitur, quod in virtutes & vitia parentum Jure Repræsentationis succedant. *L. 4. §. 15. ff. de Usucap. & Usurpat. L. 11. ff. de Divers. & temp. præscript. & in malam fidem, quam defunctus parens habuit, arg. c. f. X. de Præscript. non enim potest plus Juris esse in filio, quam in causato, quam in patre causante. Herolt. tr. cit. c. 6. conclus. 1. §. 9. p. 366.* hinc & feudalia debita, consensu Domini & Majorum contracta, verconsentite alte Lehnschulden/ quin & in quæ pater defuncti, & respectu fratrum filiorum, Avus sine consensu Domini consensit. Jure Elect. Saxon. in *Decis. Elect. nov. 68.* agnoscere, non tamen allodialia defuncti Patruus nomina exsolvere, nec præstare facta ejus alia tenebitur, cum ex pacto majorum & providentia Legis, non beneficio ultimi defuncti succedat. arg. 2. *F. 45.* Et quamvis alias, à Nobilibus



In Comitibus Provincialibus ex libera voluntate promissa contributio pecuniaria, das freybewilligte Præsent-Geld nondum exsoluta inter debita feudalia haud connumeretur, quia mera donatio est, unde & donativum, ein Donativ, appellari solet: si tamen non ex mera liberalitate, sed pro remissione ad certum tempus servitorum feudalium promissa sit, tempusque remissioni destinatum nondum plene transierit, pro rata temporis residui inter feudalia onera erit referenda per *Decis. Eleet. 32.* verbis: Es sey denn/ daß solche Bewilligung an statt der Ritter-Dienste / und damit auf gewisse Zeit unsere Lehn-Leute mit Aufforderung verschonet bleiben / geschehen. Welchenfalls zu unterscheiden / ob die gnädigst versprochene Verschönung bey Leben des Vasallen abgelauffen / oder auch denen Lehns-Folgern noch in etwas zu stattekommen / da dann ersten Falls solch zurück gebliebenes Præsent-Geld abermahlen von den Land-Erben abgetragen / anders Falls aber nach Proportion der Zeit zwischen die Lehns- und Land-Erben vertheilet werden solle.

V.

Ex quo porro deducitur, quod, si Parens renunciarit fraternæ hereditati, nec filii illius, mortuo etiam post renunciantem Patruo, Jure Repræsentationis succedere possint. Nam etsi alias Nepotes non obstante præmortuorum Parentum renunciatione, Avo Jure Repræsentationis succedere possint, licet parentum suorum hæredes fuerint, cum talis renunciatio sub conditione tacita semper facta credatur; si hæreditas deferretur, at liberis, qui vivo Patre mortui sunt, nunquam delata fuit hæreditas, ergo perinde est, hoc casu, ac si nulla unquam facta fuisset renunciatio. Quod eò quoque extendit Dn. Ant. Faber in *Comm. ad Cod. L. 2. T. 3. def. 1. & 14.* Tametsi etiam pro se & liberis suis renuncias-



nunciassent, quia id ita accipiendum esset, ut in eum casum, si scil. vivis delata fuerit paterna hæreditas, in quem pro se renunciarunt, suis quoque liberis renunciassent videantur non in alium. Nisi expressis verbis, & nominatim in eum quoque casum renunciatio facta esset, ut præmortuis renunciantibus liberis, liberi quoque eorum exclusi esse debeant, tunc enim factum Parentum Nepotibus nocet; extra illum verò casum Nepotes Jure proprio ad successionem Avi venirent, cum non tam personas parentum suorum quam gradus repræsentent, uti latius & eleganter d. l. deduxit Faber. conf. Berlich. P. 2. conclus. 43. n. 17. seqq. Diversum tamen obtinere in fraterna hæreditate, quia fratrum liberi non Jure Naturæ & Sanguinis, & sic ex propria persona, prout nepotes ascendentibus, sed ex nuda Imperatoria liberalitate, & singulari Repræsentationis privilegio, uti vocatur ab Imperatore in Nov. 118. c. 3. verb. si autem defuncto. Sicque tantum ex persona defuncti Parentis, collateralibus eos succedere, atque hinc eorum facta omnino præstare, obstrictos esse tradit. Herolt. Tr. cit. c. 5. concl. 17. §. 4. p. 347.

VI.

Cum igitur Jure Repræsentationis successurus per omnia repræsentare Parentem defunctum, illiusque qualitates & sexum quasi induere necesse habeat, dubium non est, quin etiam in feudo alicui pro se & descendentibus masculis & fæminis concessio, si ad collaterales illud devolvatur, Nepos ex fratre, nepotem ex sorore excludat per textum expressum 2. F. 17. & 104. sed illud quæsitum fuit: si expectativarius pro se & suis descendentibus masculis & fæminis Expectativam accipiens, duabus relictis filiabus decesserit, casu verò aper-



turæ postea existente, ex primogenita Nepos, & ex secundogenita Pronepos concurrat, an Nepos excludat Pronepotem, an hic Jure Repræsentationis cum illo sit admittendus? Pro nepote facere videtur, quod ille jure suo proprio, h. e. ut Nepos & masculus; Pronepos autem non jure proprio, (utpote gradu remotior) sed nonnisi Jure Repræsentationis, atque sic ex persona & loco matris suæ succederet, adeoque non ut masculus, sed ex contemplatione matris, ut foeminam repræsentans, & jure foeminæ esset considerandus, proinde etiam concurrente Nepote, tanquam masculo excludendus foret, arg. 2. F. 17. §. 104. quem in modum etiam respondit Facultas Juridica Lipsi. ad consultationem Joh. Chr. Lunig Ilenhurgum Anno 1697. mens. Mart. Ob nun wol vor denselben angeführet wird / daß er des Ober-Kämmerers von T. ältern Tochter Tochter-Sohn / und also einer von denselben Descendenten sey / dahero er denn von dem von B. ob er gleich des ermeldten von T. Tochter Sohn / und also einen Grad näher sey / darum nicht auszuschließen / weil er vermöge des Juris Repræsentationis, welches auch in der Lehns-Expectans statt findet / in den Grad / darinnen seine Mutter sich befunden / zu setzen sey. Bey welcher Verwandnus der von B. vor einen nähern als der jüngere von P. nicht zu halten. D. a. u. d. dieser durch die Repræsentation / kein ander Recht / als seine Mutter gehabt / verlanæet / dieselbe aber / wann sie gleich noch am Leben wäre / in denen Z. angefallenen Gütern darum nicht mit succediren können / weil der von B. als männlicher Lehns-Folger vorhanden / durch welche alle Weibs-Personen / ob sie gleich sonst Lehns-fähig / ausgeschlossen werden. So bleibet auch dero angefallene T. dritte Theil der Z. Güter dem von B. billig alleine / und ist demselben mit dem jüngern von P. weder zur Helffte noch sonst zu theilen schuldig. B. N. W. A qua tamen dissentit Scabin. Elect.

Saxon.



Saxon. Lipsiensis m. Septembr. Anno 1696. verb. Ob nun wol der von B. die proximitatem gradus, und daß er männliches Geschlechtes sey / die Töchter aber nur in Ermangelung des selben vociret würden / vor sich anführet / dieweil aber dennoch auch in denen Lehns-Gütern bey der Succession unter denen des Lehenfähigen Descendenten das Jus Repræsentationis statt findet / also daß die proximiores die remotiores nicht ausschließen / hierüber in gegenwärtigen Falle kein casus successio- nis vorhanden / sondern die T. Nachkommen ex Jure Exspe- ctativæ, darinne sie collectivo nomine vociret / zu befinden / also nicht ex personis majorum, sondern proprio & æquali jure darzu gelangen / die Prærogativa Sexus auch dissalls / da der Herz von T. keine Söhne verlassen / und das Lehn einmal auf die Töchter Kinder kommen / weiter nicht zu consideriren. So werden so wol der von B. als die von P. Kinder zum angefallenen Dritten Theil der Z. Güter zugleich zugelassen. B. R. W.

## CAPVT VII.

### *De Affinibus.*

Cum hoc Feudali Collateralium Repræsentationis ju- re, Allodiale effectu quidem convenit, dum ex utroque in omne Jus, quod defunctus habuit, succe- detur, arg. l. 62. ff. de R. J. & quidem in stirpes. In eo tamen differunt, quod hoc duplicitate vinculi consan- guinitatis nitatur, proindeque etiam solis Germano- rum liberis concedatur, illud vero nonnisi consanguini- tatem attendat, adeoque consanguineorum potius liberis tribuat, eosque cum Germanorum filiis æqua- liter in stirpes admittat. Præterea ad Affinia refert He- rold. Tr. de Jur. Repras. c. 9. §. 11. n. 48. seqq. p. 431. transmis- sionem hæreditatis seu Successionis vel Testamentariæ,  
v. g.



v. g. substitutionis, vel legitimæ ad hoc inventæ, ut hæres hæredis, mediante ea, hæreditatem non tam transmittentis, quam primi defuncti delatam quidem, non tamen aditam, nec repudiatam acquirat. *l. 7. §. 1. l. 59. l. 84. ff. de Acquir. vel om. hæred. l. 19. Cod. de Jur. deliber.* similiter quoque cognationem habet successio ex Edicto successorio. Verum cum illæ successiones in allodialibus etiam extraneorum quorumque in infinitum se extendant, & jure proprio in capita, pro graduum proximitate, fieri soleant, hæc nostra successio verò ad fratrum saltim liberos restricta sit, & non nisi Jure Parentum Repræsentationis in stirpes fiat, differentiæ ratio faciliè constabit.

## CAPVT VIII.

### *De Contrariis.*

#### §. 1.

Cessat jus Repræsentationis vel ex parte subjecti, tum Repræsentaturi, tum Repræsentandi, & quidem ob factum vel licitum, vel illicitum. Ob factum licitum utriusque renunciatione, si vel Repræsentandus Parens, ut supra monitum *cap. 6. §. 5.* pro se & suis filiis, etiam in illum casum, quo parens præmoriatur, fraternæ hæreditati renunciaverit, tunc enim utique ad id, cui semel renunciandum putavit, reverti nec ipse nec ejus liberi postea poterunt. *arg. l. 14. §. 9. ff. de Edil. Edict.* quod multo magis etiam in ipso Repræsentaturo obtinebit, si idem ille fecerit, *arg. l. 29. Cod. de Pactis.* Atque hoc quidem dubio caret, si in genere renunciatio facta *arg. l. 21. ff. de minor.* Quod si autem in gratiam fratris alicujus repræsentandus solum renunciaverit, fraterque



terque iste post renunciantem decederet, Renunciatio illa filiis renunciantis non obest, quo minus postea vel cum Patruo alio, jure Repræsentationis in stirpes, vel cum Patruelibus seu Nepotibus ex fratribus defuncti aliis, jure proprio in capita succedere possint, per ea, quæ pluribus deduxit Mynsinger. *Dec. 4. Respons. 37. n. 14. seq. fol. 213.* nisi pro se & suis descenditibus in specie quoque in casum præmorientis fratris successioni renunciaverit.

11.

Facto illicito repræsentandi fratris, si feloniam commiserit, & feudo privatus sit, v. g. insidias vitæ Domini faciendo, aut contumelia Dominum afficiendo, &c. 2. F. 7. & 37. Et si alias in linea recta Nepotibus Patris feloniam non obsit, quo minus Avo post patrem mortuo succedere valeant, utpote non personam sed gradum Patris tantum repræsentantes. arg. l. 10. §. 1. ff. de bon. libert. conf. Hartm. Pist. l. 2. P. 1. qn. 16. n. 33. In Collaterali tamen id vix procedet, quia collaterales in bonis fratrum, aut aliorum collateralium non æque ut descendentes in bonis Parentum & Ascendentium aliorum adeo radicatum Jus quæsitum habent, nec unam invicem, ut descendentes cum Ascendentibus constituunt personam. arg. l. f. eod. de impuber. & al. subst. nec ut illi, vivis adhuc defunctis, condomini rerum eorum sunt. arg. l. 11. ff. de lib. & posth. hered. instit. sed ut extranei ad invicem reputantur, atque ob id secundum graduum proximitatem succedunt, quod Jure Saxonico vulgò sic exprimitur: je näher zum Sipp / je näher zum Erben / in descenditibus verò nulla graduum computatio observatur. *Nov. 118. c. 1.* hinc & fratrum filii seu Collaterales, non nisi in locum Patrum suorum personas &

E

gradus



gradus illorum repræsentantes, Patruo succedere possunt, consequenter quoque jus, quod Pater feloniam amisit, ab eo habere nequeunt. a. l. 54. ff. de R. J.

III.

Sed quæritur: si vivo Patre unus ex pluribus filiis in Dominum feloniam committat, illiusque convictus, & ob illam condemnatus sit, an mortuo deinde Patre Dominus in portionem delinquentis succedat, an ea accrescat reliquis fratribus. Posterius affirmandum videtur. Nam etsi solo delinquente filio patri hærede existente, mortuo Patre feudum ad Dominum reverti dubio careat. 2. F. 51. c. 1. Secus tamen se res habet, si alii adhuc filii existant, quia tempore feloniam præter spem succedendi actu nihil habuit delinquens, ergo delinquendo non tam alienasse suum, actu nondum quæsitum, quam se tacite quasi, facto ipso, declarasse saltim, quod sperandum acquirere post mortem Patris nolit, dici possit, arg. l. 6. §. 2. ff. quæ infr. credit. adeoque tali modo condemnatus, & pro indigno successione declaratus, mortui loco habendus. arg. l. 1. §. 8. ff. de bon. poss. contr. tabb. Ex quo fieri solet, ut paternæ mortis tempore à filio non acquisitum nec vice ejus Dominus vindicare possit. Quia tamen revera mortuus non est, ideo nec liberi ejus seu Nepotes Avo succedere jure Repræsentationis possunt, cum mortui, non vivi repræsententur, nec per saltum successiones fiant, adeoque impedimento talis filius liberis suis est, quo minus ad successione Feudi Aviti, cum Patruis admittantur. Et quamvis Dn. Rosenthal. de Feudis c. 11. concl. 6. n. 11. & 17. f. 349. tum nepotes succedere posse doceat, si vel Avus delinquentem filium exhæredet; vel hic futuræ successione paternæ in Feudo, in gratiam suorum descendentium



dentium, seu respectivè Nepotum renunciat, dubito tamen, quod Domino Jus ex commissa felonia semel quæsitum hac ratione interverti possit. Quod verò in linea recta ita obtinet, multo magis in collateralis, & fratrum filii condemnati fratris liberi à Jure Repræsentationis & commodo Successionis in feudo ex eadem ratione excludantur.

IV.

Amittitur denique beneficium hoc Repræsentationis non usu per tempus lege definitum, per tale scilicet, quo alias Jura & actiones communiter præscribuntur, 30. nimirum annorum. 2. F. 26. c. 4. Nam etsi in linea recta, liberi longiori & triplicato demum tempore nonaginta nempe annorum, à Parentum suorum hæreditatibus excludantur, dum successorio Prætoris Edicto triplici ex capite intestatorum Parentum bonorum possessionem petere possunt, primis scil. 30. annis unde liberi, & his elapsis per totidem annos, unde Agnati vel legitimi, & postremò, unde cognati. L. 1. §. 11. ff. de Success. Edicto. idque nostro etiam Jure Saxonico nullo loco mutatum reperiri, ac proinde arg. l. 27. C. de Testam. §. l. 32. Cod. de Appellat. hodiernum observari, atque ita pronunciari testatur Dn. Carpzov. P. 3. Const. 14. def. 30. Aliud tamen in feudis obtinet, ubi tantum Jure Agnatorum & ex capite: unde legitimi succeditur, multoque magis fratrum filii non nisi nomine Agnatorum, seu Collateralium ad successionem Feudorum Jure Repræsentationis venire possunt, quapropter non immerito spatio quoque 30. tantum annorum & moribus Saxonis anno & die præcluduntur. Atque hæc tandem sunt, quæ pro temporis & instituti ratione proferre



ferre hac vice de intricata hac & difficillima materia  
 licuit. Cum verò errare humanum, & in nullo peni-  
 tus peccare divinitatis magis, quam mortalitatis sit,  
*L. 2. §. 14. C. de Vet. Jur. enucl.* condonabit mihi quoque  
 benevolus Lector ed facilius, si quà alicubi lapsus sim.  
 Non erubescam enim, si quid melius horum, quæ dicta  
 sunt, adinveniam, hoc statuere, competentem prio-  
 ribus imponere correctionem, nec non ab aliis  
 expectare corrigi. *Novell. 22. in fin. pras.*

DEO

interim fit

LAUS, HONOR ET GLORIA.





ULB Halle  
001 944 55X

3




*S. 6.*











14

F. 5. num. 17.

DISSERTATIO INAUGVRALIS  
IVRIDICA  
DE

**I V R E**

REPRÆSENTATIONIS  
COLLATERALIVM  
IN FEVDO,

P. 334

QVAM  
AVTORITATE  
MAGNIFICI



I C T O R V M O R D I N I S,

IN  
ILLVSTRI ACADEMIA ALTDORFINA

**PRO LICENTIA,**

SVM MOS IN VTROQVE I V R E  
HONORES OBTINENDI,

AD DIEM IV. MART. ANNI MDCCVI.

PLACIDO ERVDITORVM EXAMINI  
S V B M I T T I T

JOHANNES JACOBVS BOSE,  
L I P S I E N S I S.

Literis HENRICI MEYERI, Vniversitatis Typographi.

41.

1806  
H. J. G. Quilger